ANNO Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo, die vigesima quarta, mensis Maij, post meridiem, Divione in mei Notarij Regij subsignati in ea Civitate commorantis præsentia constituti comparuerunt personaliter, Reverendi Abbates, Priores, & Religiosi Ordinis Cistertij Diffinitores, & Officiales nominati pro Capitulo Generali subsignati, qui à me Not. dicto in præsentia testium in fine nominatorũ petierunt actum declarationis suę, scilicêt quod cum se transportaverint in Abbatiam dicti Cistertij, vt interessent celebrationi dicti Capituli convocati ad diem decimam sextam præsentis mensis Maij, disolutum Capitulum viderint eodẽ ferê tempore quo inceperit, ex eo quod Reverendisimus Dominus Abbas Cistertij occasionẽ dedit decem Abbatibus strictæ observãtiæ exeundi factis aliquibus protestationibus, qua de causa cum non super esset sufficiens Abbatum numerus, pro celebratione Canonica dicti Capituli Generalis, & quatuor primi Patres dicto Domno Reverendisimo Abbati diversos modos, vt dictorum Abbatum absentiæ subveniretur, & sic omnes rixæ terminarentur proposuissent, nec dictum Reverendisimum Abbatem adducere potuissent, vt ex dictis modis aliquem eligeret quatuor dicti primi Patres abierunt dicti subsignati pariter copiam exeundi petierunt â Reverendo Domino Abbatę Cistercięse, fores dictæ Abbatiæ custodientibus armatis hominibus quod dictus Abbas denegaverit, imô cuilibet illorum iusserit vt interesset, & officia sibi commissa, & ad quæ nominatus erat exequeretur, quod cum aliquibus dictorum subsignatorum non esset liberum, non facerę præmetu maioris violentiæ protestati sunt, die decima octava dicti mensis Maij, in Diffinitorio dicti Cistertij, quam protestationem vtpote celeriter, & in loco non libero factam iterant, & renobant protestantes iterum de nullitate eorum omnium quæ in sic nominato Capitulo Generali facta, & gesta sunt adhærentes protestationibus quæ ante has factæ sunt à dictis Reveren-

dis

dis in Deo Patribus quatuor primis Abbatibus, & dictæ Ordinis Cisterciensis de quibus omnibus instrumentum petierunt, â me prædicto Notario quod dedi. Acta fuerunt hæc in domo subsignati Notarij, præsentibus Petro Belleguen, Bestium Sartore, & Ludovico Herni, Clerico Divione commorantibus testibus ad præmissa vocatis, Minutaque in manus dicti Notarij subsignati remansit subsignata est. F. L. Louvet, Provissor Golegij, Bernardinorum F. de Abessent, Vicarius Generalis, Examinator contractuum Capituli, F. Crevel, Prior Dub. Vallasse nominatus pro examine computorum, P. Belleguen, L. Herni, & Aguenier, Notarius Regius subsignatus.

Haguenier.

Et die vigesima septima dicti mensis Maij dicto anno millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo, post meridiem Divione in mei prædicti Notarij Haguenier præsentia comparuerunt Reverendi Abbates, Priores, & Religiosi Ordinis Cistertij Diffinitores, & Officiales nominati pro Capitulo Generali in fine subsignati, qui â me dicto Notario in præsentia testium infra nominatorum actum petierunt protestationum suarum similium is quæ in suprascripto instrumēto continētur quod ipsis antea legi, ac declararunt se adhærere protestantes similiter de nullitate omnium quæ acta, & gesta sunt in dicto Capitulo Generali de quibus instrumentum â me petierunt quod dedi, Acta fuerunt hæc in domo sub signati Notarij præsentibus Petro Belleguen, Bestium Sartore, & Ludovico Herni, Clerico Divione commorantibus testibus ad prædicta vocatis. Dicta minuta subsignata est Fr. Antonius, Abbas Sancti Benedicti, Diffinitor, Fr. Gaspardus, Abbas de Loto, Diffinitor, Fr. Franciscus, Abbas de Baux, Budoccæ, Diffinitor, Fr. Antonius Paquet, Abbas de Pontofrigido, & nominatus Notarius Capituli Generalis, Fr. Lobour geois, nominatus ad examen contributionum, & computorum

rum Capituli, F.L. Huesque Prior de Castelieret, & Confessor nominatus in Diffinitorio, P. Belleguer, L, Herni, & Haguenier, Notarius Regius subsignatas.

Haguenier.

Et die vigesima octava dicti mensis Maij, dicto anno millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo, post meridiem Divione in mei prædicti Notarij Haguenier, præsentia personaliter comparuit, Fr. Franciscus Faipont, Prior de Sancti Sabarlis, nominatus Examinator contractuum Capituli Generalis, Ordinis Cistertij, in dictas Civitate commorans, qui â me Notario dicto præsentibus testibus in fine nominatis actum petit protestationum suarum similium, is que in actibus suprascriptis continentur in eodem folio quos ipse antea legi quibus declaravit se adhærere, & protestatus est de nullitate eorum omnium quæ acta, & gesta fuerunt in sic nominato Capitulo Generali, de quibus instrumentum petit quod dedi. Hæc acta fuerunt præsentibus Petro Belleguen, Bestium Sartore, & Ludovico Herni, Clerico Divione commorantibus testibus ad præmissa vocatis. Minuta subsignata, & Fr. Fraipont, Prior de Sancti Charles, Examinator contractum in dicto Capitulo Generali, P. Belleguen, L. Herni, & Haguenier, Notarius Regius subsignatus.

Haguenier.

Ego infrascriptus, & subsignatus Notarius Appostolicus Divione commorans fidem facio me tria supradicta instrumenta fideliter, & de verbo ad verbum ex Galico Ideomate in latinum transtulisse, & transcripsisse præsentibus Dominis Nicolao de Montlovier, Præsbitero, & Mammeto de Baldain Divione commorantibus testibus ad præmissa vocatis N. Montlovier, M. de Baldin, Lorin, Notarius Appostolicus.

Eodem anno supradicto, die prima Iunij ad vesperas in mei Notarij Appostolici, Divione commorantis in fine signati

nati præſentia perſonaliter conſtitutus Frater Michael de Guardiola, Prior Adminiſtrator Regalis Monaſterij Beatæ Mariæ de Eſcarpe, Ordinis Ciſtercienſis in Provincia Cataloniæ, Diœceſis Illerdenſis, & Procurator Congregationis Coronæ Aragonum in Navarra Proteſtator, comparuit qui â me Notario Appoſtolico, prædicto præſentibus teſtibus in fine nominatis actum petijt proteſtationum ſuarum ſimiliũ is quæ in actibus ſupraſcriptis continentur quos ipſi, antea legi quibus declaravit ſe adhærere, & proteſtatus eſt de nullitate eorum omnium quæ acta, & geſta fuerunt in ſic nominato Capitulo Generali de quibus omnibus inſtrumentum â me petijt quod dedi, Acta fuerunt hæc præſentibus Dominis Nicolao de Monlovier, Presbytero, & Mammeto de Baldain, Cive Divione commorantibus teſtibus ad præmiſſa vocatis cum Notario Appoſtolico, N. de Montlovier, M. Dubaldain, Lorni, Notarius Appoſtolicus.

Nos Locumtenens Maior, & Iurati huiuſcæ Villæ del Pui: Vniverſis, & ſingulis ad quos pertinere poteſt notum facimus, atque ateſtamur Dominum Ludovicum Lorin, Præsbyterum, eſſe Notarium Appoſtolicum, & tali Officio fungere, qui vt Notarius prædictus recepit præſentem Actum, in Parochia Sancti Ioannis, & inſuper eſſe virum probum, prove in ſimilibus, & honoratum, & pro tali reputatum, & Actibus per eum teſtificatis fidelem, plena, & indubitata, fides adhibetur vbique. In cuius teſtimonium præſentes fieri, & expediri iuſsimus ſigillo ſolito huius Villę ſigillatas, & per illius Ordinarium Secretarium referendatas, ac expeditas. Dat. in dicta Villa, die ſecunda Iunij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, T. Lubiæ Loco † ſigilli.